

2.
(2)
Zweiter prüfer

f

AD ORATIONEM,
Geographico-Politico-Valedictoriam,

In auditorio Scholæ Torgensis
majori,

De

QUALITATE, ET DE STATU
ANGLIÆ NOBILISSIMÆ
MODERNO,


Anno MDCCXVI, die III. Martii
habendam & audiendam,

hora antemeridiana octava,

AUDITORES NOBILISSIMOS,
O. O. HONORATISSIMOS,

Patronos, Fautores & Amicos,
quam humillime invitat:

PETRUS PAULUS FEKNO,
Scholæ supra nominatæ Rector.




TORGÆ,

Typis JOHANN. ZACHAR. HEMPEL,

H. M. Schulte





Divino spiritu afflatus ille, & Regius Propheta David, Dei omnipotentis opera, quæ in cælo, & sub eodem conspicuntur, paulo accuratius contemplatus, sequentibus compulsi fuerat uti verbis: רב־מַעֲשֵׂהי יְהוָה לִּי וְלִי אֱלֹהִים וְלִי מַעֲשֵׂהי יְהוָה לִּי וְלִי אֱלֹהִים וְלִי מַעֲשֵׂהי יְהוָה לִּי וְלִי אֱלֹהִים
Pf 104. v. 24. Hæc verba Davidis, Latina versio sic habet: quam multiplicata sunt opera tua, Domine? omnia ipsa in Sapia fecisti. Hæc paraphrasis, textui Hebræo, tum quæ sensum, tum quæ literas, adeo congruit, ut hac in parte, plane nulla in philologia & Crisi, nostra quidem opinione, opus sit; est autem illa Santis Pagnini, & Ariæ Montani. Lutherus quidem, Enthæus sane Vir ille & Doctor, verba hæc Davidica, aliter quidem exposuit, in Germanicis suis Bibliis, nempe hoc modo: *Herr! wie sind deine Werke so groß und viel? Du hast sie alle weislich geordnet:* Sed sciendum: quod hic beatæ memoriæ Vir, non tam ad literas, quam ad sensum ipsum, textus originalis, respexerit; & sic, nec hoc loco, nec alibi, nec quæ Hebræum, nec quæ Græcum textum, ullius contrarietatis accusandus est. Quod si nostri propositi esset, ulterius hic *φιλολογίαν καὶ φιλοσοφίαν*, pluribus exemplis Sacri textus, Enthæum & beatum Virum, pro virili defendere possemus; sed quia id; Viri in Philologia eruditissimi, cum magna sua laude, jam dudum præstiterunt, nec modo nostri instituti sit, diu hic morari, valeat ista *παύσησθε* Rectissime autem Regius & sanctissimus Propheta, miranda opera Divina contemplans, allegarâ eadem excipit *ἐπιφωτισθήσθε*; nam, quocunque tantum oculos nostros vertimus; sive in cælum; sive in aërem, sive in terram, sive in aquam, nil, nisi Divinæ Virtutis miracula, conspicimus. Ut jam, innumera & ingentia corpora cælestia, varia in aëre meteora, infinitam multitudinem variorum piscium in aquis, plantas multiplices, animalia & insecta in terra, & sub ea sem mineralia, metalla, & alia taceamus; quæ omnia Viris eruditis, utpote Joh. Keplero, in opere de cometis, Bevirgardo, in tractatu de origine mundi, Beaufortio, in libro de Cosmo-


Cosmopœia Divina, Galilæo à Galilais, in Dialogo de mundi
 systemate, Petro Gassendo, in Astronomia ejus, Joh. Bapt.
 Ricciolo, in Almagesto, Athanasio Kirchero, in itinere Ecclati-
 co & in Orbe Subterraneo, Roberto Boylio, in opere de vi æ-
 ris elastica, Joh. Hevelio, in Selenographia, Nicolao Coper-
 nico, in Systemate mundi, Bernhardo Vareno, in Geographia
 generali, Joh. Francisco, Pico Mirandulano, in scripto ejus
 de aëro, Samueli Bocharto, in Hierozoico, opere, sane, omni
 laude majori, & aliis pluribus, satis negotii facefferunt; certè
 si solas tantummodo insulas, quibus mare passim, præteritum æ-
 gæum, quasi constitutum conspicitur, contemplationi subjecerim-
 us nostræ, sufficientem causam habebimus, cum Regio Pro-
 pheta, admiratione pleni, ut supra, exclamare. Quod si enim
 nobis daretur, extra centrum terræ, & quidem supra maria, pe-
 dem figere, uti illi, si credere fas est, qui columbæ insidens, lu-
 nam involaverat, videretur nobis profectò: ac si omnes insulæ,
 solido fundamento carentes, mari tantummodo innatarent, &
 sævientibus horrendis tempestatibus, procellis & fluctibus, in
 periculo submergendi forent, & tandem sine omni dubio, mi-
 rum in modum exhorresceremus. Etsi autem non fluerent su-
 per aquas insulæ, tamen Divinæ Potentiæ & Providentiæ tribu-
 endum: quod tempestatibus commemoratis ingruentibus, flu-
 ctibus in sublime surgentibus, & quasi astra petentibus, non
 obruantur, & cum incolis suis submergantur, id quod Batavi,
 quamvis non insulam, sed terram firmam inhabitent, non pa-
 rum verentur. Verentur inquam, habitant enim ad mare;
 quod ingentibus, & validis, aggeribus cohibere, necesse ha-
 bent, ne irruat. Accidit tamen quodam tempore, ut marini &
 vehementes fluctus, hos aggeres disruptentes, provinciam Hol-
 landiam, & alias adjacentes, horrendum in modum inunda-
 rent, & magno damno afficerent; hinc incolæ, inversa face
 loco Symboli utuntur, cum hac inscriptione Germanica: Was
 mich erhebt / vertilgt mich auch. Vid. Chron. Batav. & defici-
 ente hoc, Lex. univers. Geogr. Cellarii & Ulfæ. Audito, tot in-
 sulas in horrendo mari sitas esse, & tamen easdem, immanibus
 fluctibus, obstante Divina Omnipotentia, Providentia & Be-
 nignitate, non submergi; quid dicendum, de multarum ex his,
 felicitate & fertilitate, ex jam laudata Divina Providentia, & Be-
 nignitate proveniente? Certè, ulterius cum Davide exclaman-
 dum: מלאה היא הארץ קנין, impleta est terra possessionibus tuis, &
 fecun-

secundum versionem Beati Lutheri: Die Erde ist voll beiner Gü-
 ter. Et quidem non immerito sic: quot enim, non dicam alia
 regiones, sed præsertim insulæ, de quibus jam nobis sermo est,
 contemplationi nostræ, & oculis navigantium subijciuntur; tot
 Divinæ Providentiæ, & Benignitatis *πικνύματα*, conspiciuntur. Pro-
 deat ex his primò Cyprus, ordinem ab ora Asiæ ducens, & ob
 fertilitatem eximiam, olim Macaria dicta. Si quis forsân, bon-
 num & copiosum æs desideraverit, petat id ex hac insula; in ea
 enim tantum æris ex terra eruitur, ut antiquis, teste Festo Pom-
 pejo, Ærofa sit appellata. Si quis porro delectatur vino & oleo,
 desideratque magnam copiam frumenti, ista omnia, hæc in-
 sula, eidem suppeditabit, hinc elogium Strabonis de eadem:
Ευαινεσι κρη: ευλιεσσι, στέπην άύλαρκα χερήται, i. e. fertilis vini boni, & bo-
 ni olei, frumentoque sufficiente utitur, scilicet insula Cyprus.
 Dolendum vero, quod eandem Christianis, Turcarum Impera-
 tor Selimus, Anno Christi 1570, & quidem teste Strabone, libr.
 14. Archontolog. & Lud. Gottfridi, in tractatu de bello Cyprio,
 cum maxima eorum clade, eripuerit. Rhodus, ut alia silentio
 involvam, est adeo auri ferax, ut Strabo, libr. 14. Geogr. ean-
 dem *χρυσον υδαναι*, auro pluisse dixerit. Utitur etiam hæc insula
 aëre clarissimo, teste Solino, dicente: supra hanc cœlum nun-
 quam sic nubilum esse, ut in ea sol non conspiciatur. Sed &
 hæc, A. C. 1622, Turcis incepit parere. Quid facit hoc in casu
 Parus? mittit in alias regiones nobilissimum marmor, & lapi-
 dem, ad quem aurum explorari solet, teste Virg. & Ovid. qui
 vocatur Lydius. Lemnus, dat terram Lemniam, seu sigillatam,
 pharmacopœis gratam. Chius profert Lentiscos, mastichen ex-
 sudantes, & vinum generosissimum; Germanis *Malvasir* di-
 ctum. Sed obruor multitudine, hinc mittam alias plurimas; si
 enim laudes omnium persequi vellem, vita me prius deficeret.
 De Britannia magna autem, imò insularum aliarum maxima
 & nobilissima, quæ omnia in se continet sola, quæcumque il-
 læ singulæ, hinc merito Regina earum dicenda, ne bis coctam
 cramben, O O. Honoratissimis Auditoribus, proponere vi-
 deamur, differet, prout status modernus ejusdem insulæ re-
 qvirit:

AUGUSTUS THEODORUS

Hoffnung!

Torgaviâ Mifn, Optimæ indolis & Spei Adolescens, Valedicturus.



78 M 437




TA → 06

kein Rest.

nur 51. Stk veranlagt bisher

I

1077



AD ORATIONEM,
 Geographico-Politico-Valedictoriam,
 In auditorio Scholæ Torgensis
 majori,

De

ET DE STATU
 NOBILISSIMÆ
 FERNO,

XVI, die III. Martii
 & audiendam,


vidiana octava,
 NOBILISSIMOS,
 ORATISSIMOS,

itores & Amicos,
 illime invitat:

ILUS FERNO,
 nominatæ Rector.



RGÆ,
 ZACHAR. HEMPI,



L. M. Schell

